

## Quintus

le ad quadrupedale quia utrobique est proportio subdupla ergo a transmutata proportio ne sicut se habet semipedale ad bipedale sic se habet pedale ad quadrupedale quia utrobique est proportio subquadrupla. **E**t tene in telocis a commutata proportione solū constructivē in proportionibus magnitudinum et numerorum exemplum primum iam visum est. exemplū secundū est ut sic se habet unū ad duo sic se habent quattuor ad octo quia utrobique est proportio subdupla ergo a transmutata proportione sicut se habet unū ad quattuor sic se habent duo ad octo nam utrobique est proportio subquadrupla. **S**ed in alijs proportionibus oppositionū et conversionū locus iste non tenet constructivē quia non sequitur ut tactū fuit sicut se habet ista nullum animal est homo ad istā aliquid animal non est homo sic se habet ista nullū homo est animal ad istā aliquid homo non est animal eo quod utrobique est proportio subalternatōis ergo a transmutata proportione sicut se habet ista nullū animal est homo ad istā nullus homo est animal sic se habet illa aliquid animal non est homo ad istā aliquid homo non est animal nam antecedens est verum et consequens falsum quia ista nullū animal est homo sic se habet ad istā nullus homo est animal quod in eā pueraturus ista aliquid animal non est homo sic se habet ad istā aliquid homo non est animal quod in eā pueratur sicut de se manifestū est. **T**ūc ibi

**T**ransumptio est duplex: quādam enim est quā dicitur vel oratio unū significans transsumit ad significandū aliud propter similitudinē aliquā in eis repta ut hec dicitio ridere transsumit ad significandum florere cum dicitur pratum ridet. Similiter oratio transsumit cum dicitur litra aratur id est opus patitur: sicut solet dici cum quis in vanū laborat. et hec transumptio pertinet ad sophistā. **A**lia est quādo nomen magis notū sumit pro nomine minus noto. ut si debeat parari quod philosophus non invidet et fiat transumptio ad hoc nomen sapiens et ista transumptio pertinet ad dialecticum.

**I**n ista parte determinat Petrus Hispanus de loco a transumptione. Et dividit quod primo dicitur quod duplex est transumptio. Secundo persequitur de loco a transumptione. Duo ad primum dicitur quod transumptio est duplex: una est quā dicitur vel oratio principaliter

significat unū et transsumit ad significandū reliquum propter aliquā similitudinē ut ridere transsumitur ad significandum florere ut cum dicitur pratum ridet id est floret. De oratione est exemplum ut littera aratur id est opus patitur quod dicitur de illo qui in vanū laborat. et hec transumptio pertinet ad sophistam et non ad dialecticum. **E**st autem alia transumptio quā sumit nomen magis notū pro nomine minus noto ut si debeat parari quod philosophus non invidet fiat transumptio ad hoc quod est sapiens non invidet et ista pertinet ad dialecticum.

**L**ocus a transumptione est habitus transumptionis ad transumptum ut sapiens non invidet ergo philosophus non invidet. **M**axima. Quicquid convenit sub nomine magis noto etiam convenit sub nomine minus noto.

**C**onsequenter persequitur de loco a transumptione et primo de eo secundum se. Secundo ostendit differentiam eius a loco a nominis interpretatione. **Q**uo vel primo dicitur quod loca a transumptione et habitus unius transumpti ad reliquū ut sapiens non invidet ergo philosophus non invidet. **M**axima. quicquid convenit alicui sub nomine magis noto convenit ei sub nomine minus noto.

**T**ūc ibi. **D**iffert autem iste locus a loco a nominis interpretatione quia in loco a nominis interpretatione accipitur definitio siue expositio nominis ut si exponatur hoc nomen philosophus per hoc quod est amator scientie. **I**n loco autem a transumptione non accipitur expositio siue descriptio nominis. sed pro uno nomine minus noto accipitur aliud nomen magis notū. per quod facilius potest parari propositum.

**C**onsequenter autem assignat differentias inter locum a transumptione a nominis interpretatione. **E**t dicit quod differt iste locus a loco a nominis interpretatione quia in loco a nominis interpretatione accipitur definitio siue descriptio nominis vel eius expositio ut philosophus exponitur per hanc orationem amator scientie. **I**n loco vero a transumptione non sumitur descriptio vel expositio nominis sed solum pro uno nomine minus noto accipitur aliud nomen magis notū vel aliquid per quod facilius paratur